

DO. oiei. PH. alio pacto honeste quomodo hinc abeam
nescio.
50 actumst, siquidem tu me hic etiam, nebulo, ludificabere. —
PY. Parmenoni? tam scio esse hanc tech(i)nam quam me
vivere.
DOR. sic est. PY. inveniam pol hodie parem ubi referam
gratiam.
sed nunc quid faciendum censes, Dorias? DOR. de istac 720
rogas
virgine? PY. ita, utrum taceam an praedicemne? DOR.
tu pol, si sapis,
55 quod scis nescis neque de eunucho neque de vitio virginis.
hac re et te omni turba evolves et illi gratum feceris.
id modo dic, abisse Dorum. PY. ita faciam. DOR. sed
videon Chremen?
Thai? iam aderit. PY. quid ita? DOR. quia, quom inde 721?
abeo, iam tum occeperat
turba inter eos. PY. tu aufer aurum hoc. ego scibo ex hoc
quid siet.

CHREMES PYTHIAS

v CH. Attat data hercle verba mihi sunt; vicit vinum quod bibi.
at dum accubabam quam videbar mi esse pulchre sobrius!
postquam surrexi neque pes neque mens sati? suom officium
facit.

716 oiei oiei G: e... hoho hehi P vide ne 715, 716 tales fuerint in
x Ora... intro DO. oiei Oiei... nescio 717 fac. G 718 tam]
istam D¹p¹: tam non agnoscit Don. ('deest magis') an delend.
hanc? 719 ubi ei ref. DGp: ubi feram A qui ref. sacrilego
illi gr. Agroecius 119 720 num p¹ cen.] suades γ rogas
ex rogitas A 721 utr. taceamne an praedicemne Aγp (et Don. ?):
utrumne taceam an praedicem DGL: utr. praedicemne an taceam
Bentley 722 scias γG²p² (non Don.) neq. de eu. Σ: de istoc
eu. A: neq. de istoc Kauē (cum scias) 723 omni te A (non
Arusian. 471 s.v. evolvo) ev.] schol. P (not. Tiron.) 'vetustus
exsolves' 724 -eo A (corr. man. 2) Aγ: -mem δ 725
tunc δ p¹: inc. cett. 726 tu om. Av 727 mihi ve. s. δ:
ve. s. mihi F 728 pu. esse A

730 PY. Chreme. CH. quis est? ehēm Pythias: vah quanto
nunc formosior
videre mihi quam dudum! PY. certe tuquidem pol multo s
hilarior.
CH. verbum hercle hoc verum erit "sine Cerere et Libero
friget Venus".
sed Thai? multō ante venit? PY. anne abiit iam a milite?
CH. iamdudum, aetatem. lites factae sunt inter eos
maxumae.
735 PY. nil dixit tu ut sequerere sese? CH. nil, nisi abiens
mi innuit.
PY. eho nonne id sat erat? CH. at nescibam id dicere ro
illam, nisi quia
correxit miles, quod intellexi minu'; nam me extrusit foras.
sed ecceam ipsam: miror ubi ego huic antevorterim.

THAIS CHREMES PYTHIAS vi

TH. Credo equidem illum iam adfuturū esse, ut illam [a
me] eripiat: sine veniat.
740 atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico ecfodientur.
usque adeo ego illi(u)s ferre possum ineptiam et magnifica
verba,
verba dum sint; verum enim si ad rem conferentur, vapu-
labit.
CH. Thais, ego iamdudum hic adsum. TH. o mi Chreme, 5
te ipsum exspectabam.

731 certe Iov. Σ: -to A 732 erit] est γD²G²p² 733 multo
etiam Don.: -ton edd. anne δEFvηε: an cett. iam mil. A ante
corr., G 734 PY. lites A (corr. Iov.) s. f. γ 735 PY. om.
A (add. Iov.) tu om. Don. ad 273: tum Σ (praeter p²) annuit
D² 736 sate C¹ 737 quo A (corr. man. 2) 738 eccum
(haec cum) D¹GL¹ ip. video mi, Σ (praeter p¹) 739 a me om. A
740 atque DGL (recte!) ill. ei eff. p -antur DGL 741 -tias
γD²G²p² 742 -etur p¹ 743 hic om. D: superscr. GL¹ sum
A exspecto Σ (recte?)

scin tu turbam hanc propter tē esse factam? et adeo ad te
attinere hanc
omnem rem? CH. ad me? qui? quasi istuc. . . TH. 745
quia, dum tibi sororem studeo
reddere ac restituere, haec atque hui(u)smodi sum multa
passa.

CH. ubi east? TH. domi apūd me. CH. hem. TH.
quid est?

10 educta ita uti teque illaque dignumst. CH. quid ais? TH.
id quod res est.

hanc tibi dono do neque repeto prō illa quicquam abs te
preti.

CH. et habetur et referetur, Thais, ita uti merita's 750
gratia.

TH. at enī cavē ne priu' quam hanc a me accipias amit-
tas, Chreme;

nam haec east quam miles a me vi nunc ereptum venit.

15 abī tu, cistellam, Pythias, domo efer cum monu-
mentis.

CH. vidē tu illum, Thais, . . PY. ubi sitast? TH.
in risco: odiosa cessas.

CH. militem secum ad te quantas copias adducere? 755

attat . . TH. num formidulosus obsecro es, mī homo?

CH. apage sis:

egōn formidulosu' nemo hominum qui vivat minus.

744 pertin. A (non Priscian. ii. 298) 745 quid D¹p¹ ' alius
liber: ad me quid? quasi istoc' v² in mg. 746 eiusmodi γ²p²
multa om. A (add. man. 2) 747 CH. hem /// quid est
G²F² 747-8 TH. sic est, Chreme, educta, etc. G²F²p² 748 ed.
est ita Σ (praeter p) ut ex uti A te illaque DGL 749 t.
dono do ex t. do dono A: dono t. D¹G¹L: dono t. do D²G² 750
ref. ex res f. A ref. tibi Thais (tibi superscr.) G Th. tibi ita A:
Th. a me ita γL²p (a me superscr.) ita om. Priscian. ii. 376 ut v²
751 a me hanc DLp 752 ad me p¹ 753 Py. ci. p domo et
efer G 754 illam A (corr. man. 2) 755 mī ho. ante num
Priscian. ii. 90 CH. ap. sis om. D¹G¹L 757 ho.] homo
D¹GL

TH. atqui ita opust. CH. ah metuo qualem tu me esse 20
hominem existumes.

TH. immo hoc cogitato: quicum res tibi peregrinus est,
760 minu' potens quam tu, minu' notu', minus amicorum hic
habens.

CH. scio istuc. sed tu quod cavere possis stultum ad-
mittere est.

malo ego nos prospicere quam hunc ulcisci accepta iniuria.
tū abi atque obsera ostium intu', dum egō hinc transcurro 25
ad forum:

volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac. TH. mane.
765 CH. meliust. TH. manē. CH. omite: iam adero. TH.
nil opus est istis, Chreme.

hoc modo dic, sororem illam tuam esse et te parvam virginem
amisisse, nunc cognosse. signa ostende. PY. adsunt. TH.
cape.

si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin? CH. probe. 30
TH. fac animo haec praesenti dicas. CH. faciam. TH.
attolle pallium.

770 perii, huic ipsist opu' patrono, quem defensorem paro.

THRASO GNATHO SANGA CHREMES THAIS vii
THR. Hancin ego ut contumeliam tam insignem in me
accipiam, Gnatho?

mori me satiust. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.

758 atqui A, testatur Priscian. ii. 101: atque Σ (cf. ad 740) au
γGp estimes A (corr. man. 2): existimas G²E² 759 hoc tibi
co. A (corr. Iov.) tibi res est p: tibi est L 761 'alios liber
amittere' v² in mg. 763 abi tu G 764 volo . . hac om.
C¹P¹E¹F¹v¹ hic e. ade. schol. C, E (mg.), F², schol. v TH. mane
initio 765 Pve: mane, mane γ, schol. D. p 765 CH. (prius) del. Iov.
Σ (G mane mane): CH. mel. est TH. omite CH. iam ad. A (CH.
ante iam del. Iov.) istic A (corr. man. 2), p¹ (non Don.) 766 s. esse
il. t. Σ (praeter p esse il. s. t.) te om. D¹GL¹p¹ 767 et nunc
schol. C. TH. del. Iov. 769 haec an. A² (G¹ in mg. an. haec)
770 ipsi est o. p. A: i. o. est p. δ: i. o. p. est γ: i. o. patronost
Phillimore (cum perii) 771 ut om. E²v (non Don. ad 1025)
772, etc. Dorax D²G²p²E (non Don.)

primum aedis expugnabo. *GN.* recte. *THR.* virginem eripiam. *GN.* probe.

THR. male mulcabo ipsam. *GN.* pulchre. *THR.* in medium huc agmen cum vecti, Donax;

5 tu, Simalio, in sinistrum cornum; tu, Syrisce, in dexterum. 775 cedo alios: ubi centuriost Sanga et manipulus furum? *SA.* eccum adest.

THR. quid Ignave? peniculon pugnare, qui istum huc portes, cogitas?

SA. egon? imperatoris virtutem noveram et vim militum; sine sanguine hoc non posse fieri: qui abstergerem volnera?

10 *THR.* ubi alii? *GN.* qui malum "alii"? solu' Sannio 780 servat domi.

THR. tū hōsce instrue; ego hīc erō post principia: inde omnibus signum dabo.

GN. illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipsu' sibi cavit loco.

THR. idem hoc iam Pyrru' factitavit. *CH.* vidēn tu, Thais, quān hīc rem agit?

nimirum consilium illud rectumst de occludendis aedibus.

15 *TH.* sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo 785 magnus est:

ne metuas. *THR.* quid videtur? *GN.* fundam tibi nunc nimi' vellem dari,

ut tu illos procul hinc ex occulto caederes: facerent fugam.

THR. sed ēccam Thaidem ipsam video. *GN.* quam mox inruimus? *THR.* mane:

775 *AC¹P²G¹*: cornu *cell.* 776 *SA.] GN. C¹P¹ (1), GL²Ev:*
SIM. D 777 quid] qui *G²E¹* istuc *A*: istunc γ (ϵ^1 istuc), *p*
 portas *DGLE* 779 *fi. non po. A (non Priscian. i. 486)* quin
AL (non Don.) 780 *THR. add. Iov. G² GN.] SA. P²LpEF²ve:*
SIM. D *AG¹L¹ Don., Nonius 61, Engr. (1): domum Iov. Σ*
 781 δ : hic ego *A γ* ego ero hic *Fleckeisen* ero] vero *p²EF²ve*
 782 istuc *p²* ipse *A γ D* cavet *C¹* 783 *THR. A: om. Σ iam*
 hoc δ 785 *THR. D¹p* qui *P²G²*: quid *p²F²* vir nunc δ
 videtur δ (*praeter p²*), *glossar. ps.-Cyrill., Don. (1)* 786 *GN.]*
TH. Don. dare *DG¹L¹* 787 ut fac. δ (*praeter D²*): 'deest
 "ut" *Don.* 788 Thais *D* nox *A (corr. man. 2)* inruamus *D²*

omnia prius experiri quam armis sapientem decet.

790 qui scis an quae iubeam sine vi faciat? *GN.* di vestram fidem, 20
 quantist sapere! numquam accedo quin abs te abeam
 doctior.

THR. Thai', primum hoc mihi responde: quom tibi do
 istam virginem,

dixit hos dies mihi soli dare te? *TH.* quid tum postea?

THR. rogitas? quae mi ante oculos coram amatorem ad-
 ducti tuom . .

795 *TH.* quid cum illoc agas? *THR.* et cūm eo clam te sub- 25
 ducti mihi?

TH. lubuit. *THR.* Pamphilam ergo huc redde, nisi vi
 mavis eripi.

CH. tibi illam reddat aut tu eām tangas, omnium . .? *GN.*
 ah quid agis? tace.

THR. quid tu tibi vis? ego non tangam meām? *CH.* tuam
 autem, furcifer?

GN. cavē sis: nescis quoi maledicas nunc viro. *CH.* non
 tu hinc abis?

800 scin tu ut tibi res se habeat? si quicquam hodie hic turbae 30
 coeperis,

faciam ut hui(u)s loci diēque meīque semper memineris.

GN. miseret tūi me qui hunc tantum hominem facias inimi-
 cum tibi.

CH. diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. *GN.* aīn
 vero, canis?

792 m. h. pr. *P¹* 793 hos m. dies *A* 795 illo *AD^p* agis
*schol. C, schol. D, G¹Lp²EF², schol. v, ϵ^1 : litigas *G²* te clam *A*
 (recte?) 796 an lubitumst? nisi si vi *CPD²G²Lp²EF²ve*: nisi
 tibi *Don. ad 797* ma. vi *L*: vi eam ma. *P²*: vi malis *p¹* 797
 eam] illam *AD¹* ais *p²Ev* 798 *THR. G¹v Don. : om. A: CH.*
cell. *THR.* ego ω (*praeter v*) tuam] tu *DG* 799 dicis *p²*
 nunc *om. Av* 800 se *om. D¹G*: sese *schol. D, Lp* ha-
 beant *D¹Lp¹* feceris *P²D²G¹Lp²E¹Fv* 802 ta. hunc *A* 803
 eg. ca. tu. ho. γ (*praeter E¹*), *G Don.*: eg. tibi ca. ho. *A*: eg. ca. tibi
 ho. *DL*: eg. ca. ho. *p*: tibi eg. ca. tu. ho. *E¹* abis hinc *p* *GN.*
*superscr. A**

- sicin agis? *THR.* quis tū homo es? quid tibi vis? quid cum illa rē tibist?
- 35 *CH.* scibi': principio eam esse dico liberam. *THR.* hem. 805
CH. civem Atticam. *THR.* hui.
- CH.* meam sororem. *THR.* os durum. *CH.* miles, nunc adeo edico tibi ne vim facias ullam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam nutricem, ut eam adducam et signa ostendam haec. *THR.* tun me prohibeas meam ne tangam? *CH.* prohibebo inquam. *GN.* audin tu? hic furti se adligat:
- 40 sat[is] hoc tibist. *THR.* idem hoc tu [ais], Thai? *TH.* 810
quaere qui respondeat.—
THR. quid nunc agimu'? *GN.* quin redeamu': iam haec tibi aderit supplicans ultro. *THR.* credin? *GN.* immo certe: novi ingenium mulierum: nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ultro. *THR.* bene putas. *GN.* iam dimitto exercitum? *THR.* ubi vis. *GN.* Sanga, ita ut fortis decet
- 45 milites, domi focique fac vicissim ut memineris. 815
SA. iam dudum animus est in patinis. *GN.* frugi es. *THR.* vos me hac sequimini.

804 *CH.* si. *A*² sicine *A*: sic *A*²Σ *THR.*] *CH.* *A* (*corr.* man. 2) 805 *CH.* om. *A* (*add. Iov.*) scies *A* (*non Don.*) di. es. *E* 807 in eam *A* (*corr. man. 2*) 808 tu ex tun *A*: tu *p*²*v* 809 -ibeo *GEv* furtis *P*¹ (3), *D*²*p*² (*non Don.*) 810 *CH.* satis Σ quid nunc tu *A* (*corr. man. 2*): id. tu hoc Σ (*praeter p*) ais del. *Deiatsko* q. tibi qui *D*: q. qui tibi *Gp*, *schol. v*: q. qui mihi *L* 811 totum versum *Gnathoni dant* δEF¹*v*e (*non Don.*) quin] quid ex quin *A* γp *Don.* ad 1025: haec t. iam *AL*: haec iam t. *D*: haec t. *G* 813 ubi tu ve. δ (*non ps.*-*Acron in Hor. C. ii. 12, 27*) 814 ita om. γ 816 dudumst an. in *A* *THR.*] *SA.* Σ

ACTVS V

THAIS PYTHIAS

1

- TH.* Pergin, scelesta, mecum perplexe loqui? "sciō nescio abiit audivi, ego non adfui." non tu istuc mihi dictura aperte es quidquid est?
- 820 virgo conscissa veste lacrumans opticet; eunuchus abiit: quam ob rem? [aut] quid factumst? taces? 5
PY. quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum negant fuisse. *TH.* quis fuit igitur? *PY.* iste Chaerea. *TH.* qui Chaerea? *PY.* iste ephebu' frater Phaedriae.
- 825 *TH.* quid ais, venefica? *PY.* atqui certe comperi. *TH.* quid is obsecro ad nos? quam ob rem adductust? 10
PY. nescio; nisi amasse credo Pamphilam. *TH.* hem misera occidi, infelix, siquidem tu istaec vera praedicas. num id lacrumat virgo? *PY.* id opinor. *TH.* quid ais, sacrilega?
- 830 istucine interminata sum hinc abiens tibi? 15
PY. quid facerem? ita ut tu iusti, soli creditast. *TH.* scelesta, ovem lupō commisisti. disputet sic mihi data esse verba. quid illuc hominis est? *PY.* era mea, tace tace obsecro, salvae sumus:
- 835 habemus hominem ipsum. *TH.* ubi is est? *PY.* em ad sinist(e)ram. vidē? *TH.* video. *PY.* comprehendi iube, quantum potest. 20
- 819 -uran *D* 821 aut om. *Iov.* Σ (*cf. ad 826*), *Don.* est fa. γ (*praeter E*) 822 mi. di. δE 823 iste] hic *Priscian.* i. 286
825 agis *G* atque v certo *DLp*¹*F*² 826 aut quam *CPL*²*p*²
Fve 827 miseram *schol. D.* *GE*¹*e* 831 fac. misera ita *A*²
tu om. γ (*praeter E*) *A*¹*e* *Don.*: iussisti *A*²Σ 832 commisti
e co. lu. *Nonius* 249 (*non ps.*-*Acron in Hor. C. i. 3, 11*) 833 illic
*P*²*D*²*G*²*p*¹*EFve* 834 tace semel *G*²*L*²*EFve* 835 is om. *D*¹*G*¹*E*
836 iu. co. δE*v*